



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quis sit Judex competens in crimine simoniæ, & quis accusare possit de hoc crimine, & qui accusare; Item quomodo crimen simoniæ probetur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

biti remissio, aut solutionis dilatio &c. Munus obsequio censetur pro spirituali dari, quando servitia seu obsequia temporalia pro spirituali obtinendo ex pacto præstantur. Neque tamen ad conciliandū illius gratiam, qui potest dare beneficium v. g. vel aliud spirituale, si quis gratis ei inserviat, simoniam committit, etiamsi ille spirituale tale quid concessit ab obsequijs motus, modò nullum pactum (saltem implicitum) intervenit. Per munus denique à lingua intelliguntur, laudes, commendationes, & preces v. g. quæ pro aliquo apud Principem v. g. interponuntur, cum pacto, ut sibi pro talibus linguarum commendationibus v. g. spirituale quid detur.

### SECTIO VI.

#### De iudicio sive processu iudiciario in crimine simonia.

##### §. I.

Quis sit iudex competens in crimine simonia, & quis accusare possit de hoc crimine, & qui accusari; item quomodo crimen simonia probetur?

**I**udex competens huius criminis iudicandi est solus iudex Ecclesiasticus, etiamsi, qui crimen hoc commisit, sit laicus, cum crimen hoc sit merè Ecclesiasticum, circa objecta, & res spirituales versans, prout habetur etiam ex communiter recepta Glossa in c. Cum sit 8. de oro competent. V. Malefacti oves.  
f. Potest autem quilibet Catholicus, etiam servus, & criminosis de hoc cri-

mine simonia, quemlibet simoniacum, tam dantem, quam accipientem, modò non ignoraverit, aut in vitium fuerit ad Simoniam pro se facienda, & acculare, non quòd ob criminis huius atrocitatem, quilibet ad accusandum merito adhiberatur, tum quòd hoc ipsum iam concedant, c. si Dominus 3. h. t. ita ut dependente accusatione Simoniaci, accusator de ea, celebrare non possit, donec ea constituerit, c. accusatum 4. h. t. B. Quosies 5. eodem. Probatum autem Simoniam iisdem modis, quibus alia crimina probari solent, per Simoniaci confessionem, per testes, & per instrumenta authentica, ita tamen, ut in hoc crimine sufficiant ad condemnandum probationes, quæ sunt per signa evidentia, & conj. eturas, prout habetur in c. fecit. 6. h. t. statuerit hoc Summo Pontifice ob atrocitatem, & gravitatem huius criminis.

##### §. II.

An & quando criminosis admittatur ad testimonium servandum in crimine simonia?

**Q**uòd contra simoniacos in iudicio admittantur testes etiam criminosi, si admittantur, si modò non sint in causa capitales inter testes tales, & cum sciant quem de crimine simoniae, testimonium terre debent, neque conspiraverint in hunc, ex c. licet Helz 31. h. t. patet, cum in Simoniam non aliter, ac in heresi procedatur, & in crimine heretice iniquitatis, quæ crimina tam in ordine ad accusandum, quam testimonium inter se acquiparantur, Cuius adhuc habetur, quòd criminosis ad testificandum in crimine